



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RUPERTI IN CANT. CANTICO.

diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi  
& ueni. Effusum ergo est oleum, id est, nomen

Ioan. 8.

Adolescē-  
tūlæ anīæ  
i ngfectæ

Exod. 20.

Deute. 5.

Deut. 13.

1. Ioan. 4.

tuum, quia processit de secreto substantiæ tuae,  
uerbum tuæ fortitudinis cum suauitate miserationis.

¶ Et ideo adolescentulæ dilexerunt te. Nihi  
ilierius. Nisi em̄ oleum taliter effusum fuisset  
nisi uerbum tuum taliter processisset: adolescen-

tulæ, id est, animæ imperfectæ non ausæ fuissent  
diligere te: imo nec ausæ fuissent audire te. Exe-

pli gratia: Steterunt procul dicentes Moysi. Lo-

quere tu nobis & audiemus. Nō loquatur nobis

dominus, ne forte moriamur. Et alibi: Et accessi

stis ad me (ait Moyses) atq; di xistis. Ecce ostendit

nobis dominus deus noster maiestatē & ma-

gnitudinem suā. Vocem eius audiuiimus de me-

dio ignis & probauimus hodie, qđ loquente deo

cum homine uixerit homo, &c. Adeo tunc time-

bant adolescentulæ, nondum quippe oleum era-

effusum. At nunc, dum illud effundis, sicut tunc

promisisti, dicens Moysi: Bene omnia sunt locu-

ti, prophetam suscitabo eis de medio fratum su-

orum simile tui, &c. dum (inquam) taliter effun-

dis, ecce adolescentulæ dilexerunt, id est, certissi-

me diligent te: perfecta charitate foris mittentem

timorem, quia consideratio tanti beneficij fidu-

ciam dabit, & credentium mentes excitabit ad

uicissitudinem dilectionis.

¶ Trahe me post te, curremus in odore un-

quentorum tuorum

¶ Hactenus exclamationem tuam, o dilecta do-

mini, imitari conabatur i admiratiōe, quasi grā-

dior modus elocutionis: deinceps sermo noster

COMMENTARIORVM LIB. I.

7

missior in demonstratione sit: Trahe me post te, Lucæ, i.  
inquit: Vbi discessit angelus, exturgens autem Ma-  
ria (inquit Euangelista) abiit in montana cum fe-  
stinatione, in ciuitatem Iuda: & intravit indo-  
mum Zachariae, & salutavit Elizabeth. Dixe-  
rat enim illi angelus. Et ecce Elizabeth cognata  
tua, & ipsa conceperit filium in senectute sua. Ethic  
est mensis sextus illi quæ uocatur sterilis, q[uod]a im-  
possibile non erit apud deum omnime uerbum.

Habent sancti hoc proprium, omnes, qui in ue-  
ritate sanctum habent charitatis spiritum, ut ita  
gratulentur de beneficijs, quæ alijs impensa per-  
ceperunt: quemadmodum & de illis, quæ adeo si  
bimet collata sunt. Tum propter tantum mutuos si-  
bi præbere cōspectus, tum dulcia miscere collo-  
quia: certatimq[ue] oportuna, importuna impende-  
re in uicem deuotæ charitatis obsequia. Quid est  
hoc, nisi trahere & currere in odore unguentorum  
domini? Præiosum erat unguentum, magnum  
erat beneficium, quod dederat dominus sterili con-  
ceptum tanti viri, qui in spiritu & uirtute He-  
lie deberet præire ante dominum, & quo maior  
non surrexit inter natos mulierum. Tanti ac ta-  
lis unguenti odorem percepserat: talis ac tanti be-  
neficij famam siue nuncium ab ipso angelo acce-  
perat: & de hoc, sicut & de cæteris, q[uod]s finis, quæ  
consummatio futura esset spiritu sancto docen-  
te, magna prophetissa non ignorabat: Traheba-  
tur ergo post dominum feminæ desideriorum  
trahebatur & currebat in odore unguentorum ta-  
lium: & ipsum currere, id est, in montana cum  
festinatione abire, erat dicere, trahe me post te,  
Nā qui ueracitet diligit, & trahitur, & trahi cu-

Lucæ, i.

Match. ii

RUPERTI IN CANT. CANTIC. CAPIT.  
Cum igitur traheretur, siue ubi tracta est  
cucurrit, quid dixit?

¶ Introduxit me rex in cellaria sua.

¶ Quomodo uel cui hoc dixit? Nimirum per-  
spirationem spiritus sancti in mente eius redun-  
dantis, in uentre eius iam operantis, hoc dixit co-  
gnatae suae Elizabeth, & infanti qui erat in uen-  
tre illius iam mensibus sex. Intravit enim indo-  
num Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Erfa-  
ctum est, ut audiuit salutationem Mariæ Eliza-  
beth, exultauit infans in gaudio in utero eius.  
Et repleta est spiritu saucto Elizabeth, & exclama-  
uit uoce magna, & dixit: Benedic a tu inter  
mulieres, & benedictus fructus uentris tui, &c.  
Ergo uere dixit, & mirabiliter dixit, quæ salua-  
do cognatam repente prophetissam efficit, ut co-  
festim sciret illa omnia, quorum ista summa est:  
introduxit me rex in cellaria sua. Vere pulcher-  
rimus & optimus explanationis modus: ubi uer-  
recundæ puellæ prolocutor sit ipse deus, ipse spi-  
ritus sanctus, spiritus propheticus: Qui non ten-  
tatus (ait uir sapiens) quid scit? Vir in multis ex-  
pertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, &  
narrabit intellectum. Horum iccirco memine-  
rim, quia reuera non nisi qui tentatus est in his  
accepit, & quæ a deo reuelata sunt sibi, digne po-  
test perpendere religiosum silentium uirginis, si  
ue custodiâ oris eius, circa secretū dei. Quis em-  
ab illo, q̄ somnia prius uidit & enatratuit, quorū  
utiq; uisio uisitatio fuit emissâ ab altissimo. i.e.  
puero Ioseph filio Iacob: qs, inquā, usq; in pñte  
diē, ita nouit uel potuit obseruare tēpus tacendi

Luc. I.

Eccl. 34

Gene. 37.